



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Edictvm De Consilio Provinciali Primo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

EDICTVM
DE CONCILIO PROVINCIALI
PRIMO.

CAROLVS BORROMAEVS S. R. E. TIT. S. PRAXEDIS
Presbyter cardinalis, ac S. D. N. Papa, & Sedis Apostolicae per
vniuersam Italiam de laere Legatus, Dei & Aposto-
licae Sedis gratia Archiepiscopus Me-
diolanensis.



VM Pro nostri Archiepiscopalis Officij munere, & an-
tiquorum, & in sacro Tridentino Concilio proximè
editorum Canonum obseruatione, ad moderandos
mores, corrigendos excessus, controuersias componē-
dis, aliaque sacris Canonibus permiffa, Prouinciale
Concilium conuocare debeamus; vt primùm necessa-
ria Sanctae Rom. & vniuersalis Ecclesiae negotia, quibus apud Sanctis-
simum D. N. occupati sumus per debitam obedientiam, intermittere
licuit, Reuerēdisimos Prouinciae nostrae Episcopos ad proximas Idus
Octobris per literas nominatim ad singulos scriptas, ad Synodum in
nostra Mediolani Metropolitana Ecclesia euocauimus. Vt igitur alijs
etiam omnibus, qui de iure, vel consuetudine interesse debent, nota
sit huius Concilij celebratio, neue cuiquam ignorantiam rei excusare,
aut se contemptum dicere liceat: Idcirco vniuersis, & singulis prædi-
ctis, & alijs, qui sua quomodolibet interesse putauerint, etiam exem-
ptis, & nullius Diocesis intra Prouinciae nostrae limites existentibus,
per hoc Edictum, quod in Cathedralis, & aliarum insignium, quae in
singulis Prouinciae nostrae Diocesis etiam exemptarum, ac vicino-
rum nullius Diocesis, si quae sint, locorum, Ecclesiarum valuis affigi, &
promulgari iussimus, Prouincialis Concilij futuram celebrationem
significamus, & denunciamus, cum comminatione poenarum à sacris
Canonibus staturarum. In quorum fidem hoc Edictum confici, & per
secretarium nostrum subscribi, & nostri Sigilli impressione muniri vo-
luimus. Dat. Romae die 25. Augusti, anno Domini 1565.